

REVERENDISSIMO P. GENERALI,
Ac RR. Adm. PP. Capitulum Generale
Massiliæ Anno Domini 1734.
celebrantibus.

 Quid erat optandum maximè , & quod ad omnium præcipuè commodum redundaret , attulisse mihi cumulatissime RR. PP. visita est occasio ; Charitas , qua valetis plurimum ; Doctrina , ac Prudentia ; qua eminētis potissimum me , neamque vobis servitutem adscribere multum urgebant ; sed quo tamen titulo publicis patesacerem notis , impervium erat ; Votis tandem adfuit optata sors . Inopia Cærimonialium re- etiam nostrorum rituum præscribentium normam , accende nte , imò præveniente consilio Reverendiss. P. Francisci Zavaroni Generalis emeriti [cujus in animo nil propensius fuit , quam Divini Cultus augmentum , nostrique Ordinis decus ; quod tum Pontificium Indultorum impe tratione , tum Monasteriorum , novæque Provinciæ ere- etione , aliisque gestis absolutissimè complevit] movit me , movit etiam Patriæ concivis Ordinis nostri religiosissimi Professoris R. P. Theodori Solarii nomi , ac opus iterum suscitandi amor , movit inquam hunc librum utilitati provisum ad lucem transmittere vestro nomine decorandum . Quapropter hujus redivivi operis titulum vobis gratum sit auspiciis vestris inscribi , nec sic inscribendi non satis laudabile censeatis consilium , ut qui ex longinquis Orbis partibus , cunctisque Ordinis Provinciis veluti prudentiæ , ac doctrinæ selecti flores hoc est maturiora Religionis capita Massiliam conveniatis , ut jam zelantissimè persoluto munere Generali Praefuli alterum , ut spero ,